



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

De Heinrico Dvce Qvi Factus est monachus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

virilis animi, quæ ad instar fortissimi principi totam  
ram illam suo dominio subiugavit, quam tamen postea  
scio quo interueniente diuortio repudiauit. Denique  
mnibus suis benè cōpositis, morbo corruptus in villa  
fringen diem clausit extreum, & in Altorf deponi  
iuxta patrem & matrem sepultus est.

10.

DE HEINRICO DVCE QVI FA-  
CITUS ESC monachus.


**H**EINRICVS frater eius Ducatum & omnia que  
erant obtinuit, & potentes ditioni suæ subiugavit,  
vxorem iam dudum viuente patre de Saxonia accepit,  
am Magmonis Ducis, & Sophiæ sororis *sua* Regis Vir-  
riæ Colomanni VVulfidem nomine. Erat tandem ead  
Sophia antea cuidā de Carinthia copulata, ex qua gen  
Poponem Marchionem, qui duas filias, vnam Bertham  
Comiti de Bogen copulauit. Porro soror huius Sophia la  
gi Græcorum nupsit. Aliam sororem eius Berchtam  
dam Comes ex claustro quodam sanctimonialium ab  
etiam duxit, & ex ea Fridericum Ratisponensem Aduo  
tuim genuit. Ipsa autem Sophia ex Duce Magmone  
tuor filias habuit, V Vulfidem nostram, Alicugam matre  
Magmone. Adelberti Marchionis de Saxonia, tertiam quam duxit De  
Morauit, quartam quam Egehardus Comes de Schirn  
quodam monasterio sanctimonialium in Ratispona ab  
lit, ac sibi matrimonio copulauit, Ottonomij Palatinus  
ex ea progenuit. Heinricus igitur Dux ex V Vulfilde, pri  
ter illos, quos infra annos cœlestis patriæ suscepit, pro  
filios habuit; Cunradum, Heinricum, Gvvelfonem Equo  
tuor filias; Iuditam, Sophiam, Mahtildem, V Vulfidem  
Iudita nupsit Friderico Sueorum Duci, quæ Frideric

*Hec vox, suæ,  
videtur delen-  
da.*

*An legendum  
Maginone? m.  
s. habebat ubique  
Magmone.*

Imperatorem nostrum, & Vxorem Matthæi Duci Lotharingiæ progenuit. Sophiam Bertholdus Dux de Haringé, & eo mortuo Leopaldus Marchio de Stira in vxorem acceptæ qua Odocarum primum Marchionē genuit. Mahildis primò Theapoldo filio Theapoldi Marchionis Cambiensi de Voheburck, postea eo mortuo Gebehardo de Sultzbach copulata est. Wulfildem Rudolphus Bregantinus Comes duxit. Cōradus in clericum ordinatus cum sub puerilibus annis domi literarum studijs informaretur, tempore maturo Coloniensi Archiepiscopo altiori studio & disciplina claustrum educandus committitur. Ibi in vtroq; f. in claustrum. tantum profecit, sed & alijs virtutibus vitia declinans tandem se exornauit, ut ab omni clero & populo amaretur, ab omnibus summo honore dignus iudicaretur: Ipse vero honores, divitias, laudem humanam fugiens quibusdam se monachis sociauit, cum quibus, omnibus suis ignorantibus, Clarauallense monasterium adiit ibique monachum se fecit. Deinde procedente tempore Ierosolymam petuit: vbi cuidam seruo Dei in heremo manenti adhæsit. Tandem sentiens se quadam infirmitate tactum de reuersione cogitauit, & ingressus nauem Bairam ciuitatem sancti Nicolai peruenit, ibi beato fine diem ultimum clausit, honorificeque sepultus ibidem requiescit. Circa idem tempus pater quoque eius & mater, pater monachum professus in extremis suis in castro Rauenspurg, mater in

Altorf X VI. die post mortem mariti obierunt, & in monasterio sancti Martini sepulti sunt.



Aa 3

DE

Bairam pro Barium, quo corpus S. Nicolai Myra translatum est. Mar. tyrol. 9. May.